Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36448
Copyright: Melk, Benediktinerstift

repleuit: ut medietas ecclesie pualetibus aquis uix appareret. Sed omnipotentis dei clemencia per famuli sui merita nouis ostendit miracula. et uiris quoque scilicet audita. Nam tumulus quo claudebat corpus ipsius. aquarum diluuie non attingebat fremitus fluctibus etiam undique seuientibus locus sepulchri aperta uiriditate fruebat. quasi muri uallidi fuisset munimine circumdatus. Quidam autem piscatores quem uacua uentris furor et rerum habendarum inopia compulit uagari per fluuium. qui atque uiolencia impulsus ad eundem peruenit locum. Videntque insoliti miraculi prodigium. prore gubernaculo paululum demisso. uehement ob stupuit. sed mox ad se reuersus. sue aliorumque uillarum ciuibus. ipsam rem iterum attonitus predicauit. Illi autem arrepti navibus festinabant uidere magnalia dei. et uidentes. admirati sunt dicentes. sicut audiuimus sic uidimus. Deinde omnipotencia dei hi glorificabant uocibus. benedictus dominus deus israel: qui facit mirabilia solus.

Qui tam preclari stupendique miraculi fama. aduenas hyemici mysterii pueri. rumoribus allata. Qui statim missis clericorum ordinibus. et quibusdam militie sue primatibus. precepit ut in sua ciuitate honorifice transferret. miraculis glorificatum corpus. Venerunt autem ad sepulchrum: sed prius quam in presso sarcophagum tangerent fossorio. tanta mirra et insoliti odoris occurrit eis fragrancia: ut omnes qui aderant lacrimis madefecerint. effusisque pigau dio. Aperto itaque sarcofago. inuenerunt sacri uiri corpusculum. ab omni corruptione penitus illesum. ac si eadem die esset humatum. Consideremus ergo quanti meriti sanctus iste sit apud dominum. qui tantum temporis in tumulo quiescit. quantum in patibulo pendens adimplevit. et tam corporeae corruptionis detrimenta non nouit. Nam a die illius suspensionis usque ad diem translationis. totum triennium transiit temporis. Eleuato igitur desiderabili thesauro. et linteis pallisque ad hyperpuratis inuoluto. optatum iter primo arripuere diluculo. fugiente prae ad uisitatis in fortunio. Non prius multitudine sequi et currere. nisi auditique compellebant miraculi. laudes hymnosque referentes. uiuenti et regnanti in secula. Instante autem noctis iam crepusculo diuertere ad ecclesiam. si longe aut posita: cupientes in illa nocte diuinis laudibus posito transigere corpusculo. Quique omnibus uigilibus preterite noctis. ac lassitudine itineris uictos. languor oppriment soporis: quidam ad uicinas clerici ceteris dormientibus lenit arrepens. dum uidelicet hominis pedem. resecto pollice mutilauit. unde uim sedandi sanguinis uberius profluens. paruum uiga uit. Orto autem die. cum eleuato corpore dirigeret in itinere. accurrit quidam infirmus nomine. Ad algerius. adductque ad feretrum. sue infirmitatis implorauit remedium. Quique ozone completo surrexisset. uimque membrorum proprio officio tam plenam intebat. ut suis fortis gressibus